VEteres Ægyptii, eo quod a Mercurio inventa credebant quæ ſpectant ad ſapientiam, libros ſuos fœtusque ingenii eidem peropportune obtulerunt, ut grato animo redderent, quod dediſſe Deorum ille nuntius & interpres exiſtimabatur. Qui alatus vigilantiſſimusque cuſtos Ægypti, cui leges atque literas tradidit, tot tantisque curis oneratus perhibetur, ut negotiorum multitudo ac gravitas nocturno etiam tempore quietem haud permitteret: interdiu autem Jovis promulgabat mandata, præfectus & palæſtræ, & elo-